acub. filii agab. filii selmai. filii anan.
filii gaddel. filii gaher. filii raaia. filii
rasin. filii necoda. filii gazem. filii aza.
filii phasea. filii besee. filii asena. filii
munim. filii nechusim. filii bechuc. fi
lii acupha. filii asur. filii besluth. filii
maida. filii arsa. filii bercos. filii sisara
filii thema. filii nasia. filii atipha. Filii
servorum salomonis. filii sothelei. filii sophe
reth. filii pharuda. filii iala. filii dercon.
filii geddel. filii saphatia. filii athil. fi
lii phereth. qui erant de asebaim. filii ami.
Omnes nathinnei et filii servorum salomonis. ccc.
nonaginta duo. Et hii qui ascenderunt de
thelmala. thelharsa. cherub. et don. et mer.
et non potuerunt indicare domum patrum suorum
et semen suum utrum ex israel essent. Filii delaia
filii tobia. filii necoda. sexcenti. lii. Et de
filiis sacerdotum filii obia. filii accos. filii
berzellai qui accepit de filiabus berzellai ga
laaditidis uxorem. et vocatus est nomine eorum.
Hii quesierunt scripturam genealogie sue
et non invenerunt. et eiecti sunt de sacerdotio. Et
dixit athersata eis. ut non comederent de sancto sanctorum.
donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus.
Omnis multitudo quasi unus. xlii. milia
ccc. lx. exceptis servis eorum et ancillis. qui erant
vii. milia trecenti. xxxvii. Et in ipsis canto
res atque cantrices ducenti. Equi eorum. sex
centi. xxxvi. Muli eorum. ccc. xlv. Cameli eo
rum. cccc. xxxv. Asini eorum. vi. milia septin
genti. xx. Et de principibus patrum cum ingre
derentur templum domini quod est in hierusalem: sponte
obtulerunt in domum dei. ad extruendam
eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt
in impensas operis. auri solidos. lxi. milia. et
argenti mnas. v. milia. et vestes sacerdota
les. c. Habitaverunt ergo sacerdotes et levite. et
de populo et cantores et ianitores. et nathinnei
in urbibus suis. et universus israel in civita
tibus suis. Iamque venerat mensis. vii. et e
rant filii israel in civitatibus suis. III

Congregatus est ergo populus quasi vir unus in hierusalem.
Et surrexit iosue filius iosedech. et fratres
eius sacerdotes. et zorobabel filius salathiel et fratres
eius. Et hedificaverunt altare dei israel. ut offer
rent in eo holocaustomata. sicut scriptum est
in lege moysi viri dei. Et collocaverunt alta

re dei super bases suas deterrentibus eos per circuitum
populis terrarum. Et obtulerunt super illud holocau
stomata domino mane et vespere. Feceruntque
sollempnitatem tabernaculorum sicut scriptum est.
et holocaustum diebus singulis per ordinem
secundum preceptum opus diei in die suo.
Et post hoc holocaustum iuge. tam in kalendis quam in
universis sollempnitatibus domini que erant consecra
te. Et in omnibus in quibus ultro offerebatur
munus domino. A primo die mensis septimi
ceperunt offerre holocaustum domino. Porro templum
dei fundatum necdum fuerat. Dederunt autem
pecuniam latomis et cementariis. Cibum quoque
et potum. et oleum. sydoniis tyriisque. ut defer
rent ligna cedrina de libano ad mare ioppen.
iuxta quod preceperat cyrus rex persarum eis. An
no autem secundo adventus eorum ad templum dei in hie
rusalem mense secundo. ceperunt zorobabel filius
salathiel. et iosue filius iosedech. et reliqui
de fratribus eorum sacerdotes et levite. et omnes qui vene
rant de captivitate in hierusalem. et constitue
runt levitas a xx. annis et supra. ut urge
rent opus domini. Stetitque iosue et filii eius. et fratres
eius cedmihel. et filii eius. et filii iuda quasi vir unus.
ut instarent super eos. qui faciebant opus in tem
plo. filii enadad filii eorum et fratres eorum levite.
Fundato igitur a cementariis templo domini. steterunt
sacerdotes in ornatu suo cum tubis et levite
filii asaph in cymbalis. ut laudarent deum
per manum david regis israel. et concinebant in
ymnis et confessione domino quoniam bonus quoniam in eter
num misericordia eius super israel. Omnisque populus vocife
rabatur clamore magno in laudando do
minum: eo quod fundatum esset templum domini. Plurimi
etiam de sacerdotibus et levitis et principes patrum et
seniores qui viderant templum prius. Cum funda
tum esset et hoc templum in oculis eorum flebant voce
magna. Et multi vociferantes in leticia. e
levabant vocem. nec poterat quisquam agnoscere
vocem clamoris letantium. et vocem fletus populi. Com
mixtim enim populus vociferabatur clamore ma
gno. et vox audiebatur procul. Audierunt autem .iiij. c.
hostes iude et beniamin quia filii captivi
tatis hedificarent templum domino deo israel. et acce
dentes ad zorobabel. et ad principes patrum
dixerunt eis. Hedificemus vobiscum: quia ita ut
vos querimus deum vestrum. Ecce nos immolavimus
victimas: ex diebus asoraddan regis assur.

License: public_domain – Toronto, ON, The Robertson Davies Library at Massey College, Gurney FF 0001, Verso – Biblia Sacra Latina, Versio Vulgata (https://fragmentarium.ms/view/page/F-onuf/10341/75824)